

Apprendere il Senato

Aulus Gellius, *Noctes Atticae* 14.7

(1)

1. Gnaeo Pompeio consulatus primus cum M. Crasso designatus est. 2. Eum magistratum Pompeius cum initurus foret, quoniam per militiae tempora senatus habendi consulendique, rerum expertus urbanarum fuit, M. Varronem, familiarem suum, rogavit uti commentarium faceret εἰσαγωγικόν, sic enim Varro ipse appellat, ex quo disceret quid facere dicereque deberet, cum senatum consuleret.

(2)

3. Eum librum commentarium, quem super ea re Pompeio fecerat, perisse Varro ait in litteris quas ad Oppianum dedit, quae sunt in libro epistolicarum quaestionum quarto, in quibus litteris, quoniam quae ante scripserat non comparebant, docet rursus multa ad eam rem ducentia.

(3)

4. Primum ibi ponit, qui fuerint, per quos more maiorum senatus haberi soleret, eosque nominat dictatorem, consules, praetores, tribunos plebi, interregem, praefectum urbi; neque alii praeter hos ius fuisse dixit facere senatus consultum, quotiensque usus venisset, ut omnes isti magistratus eodem tempore Romae essent, tum quo supra ordine scripti essent, qui eorum prior aliis esset, ei potissimum senatus consulendi ius fuisse ait, 5. deinde extraordinario iure tribunos quoque militares, qui pro consulibus fuissent, item decemviros, quibus imperium consulare tum esset, item triumviros reipublicae constituendae causa creatos ius consulendi senatum habuisse.

(4)

6. Postea scripsit de intercessionibus dixitque intercedendi, ne senatusconsultum fieret, ius fuisse iis solis, qui eadem potestate qua ii, qui senatusconsultum facere vellent maioreve essent.

(5)

7. Tum adscripsit de locis, in quibus senatusconsultum fieri iure posset, docuitque confirmavitque, nisi in loco per augures constituto, quod "templum" appellaretur, senatusconsultum factum esset, iustum id non fuisse. Propterea et in curia Hostilia et in Pompeia et post in Iulia, cum profana ea loca fuissent, templa esse per augures constituta, ut in iis senatusconsulta more maiorum iusta fieri possent. Inter quae id quoque scriptum reliquit, non omnes aedes sacras templa esse ac ne aedem quidem Vestae templum esse.

(6)

8. Post haec deinceps dicit senatusconsultum ante exortum aut post occasum solem factum ratum non fuisse; opus etiam censorium fecisse existimatos, per quos eo tempore senatusconsultum factum esset.

(7)

9. Docet deinde inibi multa: quibus diebus haberi senatum ius non sit; immolareque hostiam prius auspicarique debere, qui senatum habiturus esset, de rebusque divinis prius quam humanis ad senatum referendum esse;

(8)

9. tum porro referri oportere aut infinite de republica aut de singulis rebus finite;

(9)

9. senatusque consultum fieri duobus modis: aut per discessionem, si consentiretur, aut, si res dubia esset, per singulorum sententias exquisitas; singulos autem debere consuli gradatim incipique a consulari gradu.

(10)

9. *Ex quo gradu semper quidem antea primum rogari solitum, qui princeps in senatum lectus esset; tum autem, cum haec scriberet, novum morem institutum refert per ambitionem gratiamque, ut is primus rogaretur quem rogare vellet qui haberet senatum, dum is tamen ex gradu consulari esset.*
(11)

10. *Praeter haec de pignore quoque capiendo disserit deque multa dicenda senatori qui, cum in senatum venire deberet, non adesset.*
(12)

11. *Haec et alia quaedam id genus in libro quo supra dixi M. Varro epistula ad Oppianum scripta executus est.*

(13)

12. *Sed quod ait senatusconsultum duobus modis fieri solere, aut conquisitis sententiis aut per discessionem, parum convenire videtur cum eo, quod Ateius Capito in coniectaneis scriptum reliquit.*
13 *Nam in libro con. IIII Tuberonem dicere ait nullum senatusconsultum fieri posse non discessione facta, quia in omnibus senatusconsultis, etiam in iis quae per relationem fierent, discessio esset necessaria, idque ipse Capito verum esse adfirmat. Sed de hac omni re alio in loco plenius accuratiusque nos memini scribere.*

(14)

Gell., *Noctes Atticae* 14.8

Praefectum urbi Latinarum causa relictum senatum habere posse Iunius negat, quoniam ne senator quidem sit neque ius habeat sententiae dicendae, cum ex ea aetate praefectus fiat, quae non sit senatoria. (2) M. autem Varro in IIII Epistolicarum Quaestionum et Ateius Capito in coniectaneorum IIII ius esse praefecto senatus habendi dicunt; deque ea re adsensum esse [se] Capito Tuberoni contra sententiam Iunii refert: "Nam et tribunis" inquit, "plebis senatus habendi ius erat, quamquam senatores non essent ante Atinium plebiscitum."

(15)

Gell., *Noctes Atticae* 16.8.1

Cum in disciplinas dialecticas induci atque imbui vellemus, necessus fuit adire atque cognoscere quas vocant dialectici εἰσαγωγάς.

(16)

Gell., *Noctes Atticae*, praef. 5

Nam quia variam et miscellam et quasi confusaneam doctrinam conquisiverant, eo titulos quoque ad eam sententiam exquisitissimos indiderunt.

(17)

Gell., *Noctes Atticae*, praef. 9

Et quaedam alia inscripta nimis lepida multasque prorsum concinnitates redolentia.

(18)

Varr., *de lingua Latina* 6.93

Auspicio operam des et in templo auspices, tum ad praetorem aut ad consulem mittas auspiciam petitum (...). Patres censeant exquiras et adesse iubeat.

(19)

Varr., *de lingua Latina* 6.95

et nihil intererat cui imperaret et dicis causa fieba[n]t quaedam neque item facta neque item dicta semper.

(20)

Gellio, *Noctes Atticae* 4.10.1-4

Ante legem, quae nunc de senatu habendo observatur, ordo rogandi sententias varius fuit. (2) Alias primus rogabatur, qui princeps a censoribus in senatum lectus fuerat, alias, qui designati consules erant; (3) quidam e consulibus studio aut necessitudine aliqua adducti, quem is visum erat, honoris gratia extra ordinem sententiam primum rogabant. (4) Observatum tamen est, cum extra ordinem fieret, ne quis quemquam ex alio quam ex consulari loco sententiam primum rogaret.

(21)

Gellio, *Noctes Atticae* 4.10.5-7

C. Caesar in consulatu, quem cum M. Bibulo gessit, quattuor solos extra ordinem rogasse sententiam dicitur. Ex his quattuor principem rogabat M. Crassum; sed postquam filiam Cn. Pompeio desponderat, primum coeperat Pompeium rogare. (6) Eius rei rationem reddidisse eum senatui Tiro Tullius, M. Ciceronis libertus, refert itaque se ex patrono suo audisse scribit. (7) Id ipsum Capito Ateius in libro, quem de officio senatorio composuit, scriptum reliquit.

(22)

Cic., *Phil.* 5.35

Sed qui ordo in sententiis rogandis servari solet, eundem tenebo in viris fortibus honorandis. A Bruto igitur, consule designato, more maiorum capiamus exordium.

(23)

Vitr. 3, pr. 3

Ergo, uti Socrati placuit, si ita sensus et sententiae scientiaeque disciplinis auctae perspicuae et perlucidae fuissent, non gratia neque ambitio valeret, sed si qui veris certisque laboribus doctrinarum pervenissent ad scientiam summam, eis ultro opera traderentur. Quoniam autem ea non sunt industria necque apparentia in aspectu, ut putamus oportuisse, et animadverto potius indoctos quam doctos gratia superare, non esse certandum iudicans cum indoctis ambitione, potius hic praeceptis editis ostendam nostrae scientiae virtutem.

(24)

Velleius Paterculus 2.126.4

Revocata in forum fides, summota e foro seditio, ambitio campo, discordia curia, sepultaeque ac situ obsitae iustitia, aequitas, industria, civitati redditae.

(25)

Gellio, *Noctes Atticae* 5.6.23

Ac murteam coronam M. Crassus, cum bello fugitivorum confecto ovans rediret, insolenter aspernatus est senatusque consultum faciendum per gratiam curavit, ut lauro, non murto, coronaretur.

(1-13)

Gellio, *Noctes Atticae* 14.7

7.

Marco Varrone presentò a Gneo Pompeo, console designato per la prima volta, un commentario, che egli stesso intitolò *Eisagoghikós* (Introduzione), intorno al modo di presiedere il Senato.

Gneo Pompeo fu designato per la prima volta al consolato con Marco Crasso. Quando Pompeo era sul punto di iniziare tale magistratura, essendo, per il lungo periodo passato in servizio militare, poco pratico del modo di convocare e presiedere il Senato, così come dell'amministrazione della città, pregò Marco Varrone, suo amico, che gli preparasse un commentario, *Eisagoghikós* (così Varrone stesso lo chiama)¹, dal quale venisse a sapere che cosa dovesse fare e dire presiedendo il Senato. Tale commentario che aveva fatto per Pompeo andò disperso, secondo quanto dice Varrone nelle lettere ad Oppiano, comprese nel IV libro delle *Questioni trattate per lettera*², nelle quali lettere, poiché ciò che aveva precedentemente scritto non era più disponibile, riprese molti argomenti che trattano quel soggetto³.

Prima di tutto indica coloro che, secondo le antiche costumanze, avevano il diritto di convocare il Senato, e li nomina: il dittatore, i consoli, i pretori, i tribuni della plebe, l'interre⁴, il prefetto dell'Urbe, e dice che nessun altro all'infuori di loro aveva il diritto di emettere un senatoconsulto, e tutte le volte che capitasse che tutti quei magistrati fossero nello stesso tempo a Roma, il primo nell'ordine sopra indicato aveva la facoltà di presiedere il Senato e poi, per una facoltà straordinaria, anche i tribuni militari, che avevano governato come consoli⁵, e così pure i decemviri⁶, che avevano esercitato il potere consolare e i triumviri nominati per rior-

ganizzare lo Stato⁷, avevano il privilegio di presiedere il Senato.

Poi parla del diritto di veto⁸ e dice che il diritto di opporsi alla emanazione di un senatoconsulto spettava legalmente solo a quanti avevano la stessa autorità di coloro che intendevano legalmente proporre il senatoconsulto, o un'autorità maggiore.

Aggiunge poi un elenco delle località nelle quali si può legalmente emettere un senatoconsulto⁹ e chiarisce e conferma che se in un luogo non prestabilito da un àugure, che viene chiamato 'templum', sia stato emesso un senatoconsulto, questo non è valido. Perciò, essendo la Curia Ostilia, la Pompeia e poi la Giulia¹⁰ luoghi propizi, gli àuguri li trasformarono in 'templa', in modo che, secondo l'usanza degli avi, potessero esservi emanati i senatoconsulti. E dice anche che non tutti gli edifici sacri erano 'templa' e che neppure la casa di Vesta¹¹ lo era.

Dopo ciò egli dice che un senatoconsulto emesso prima del sorgere o dopo il tramonto del sole non è valido, e che anzi erano ritenuti degni di censura coloro che avevano in quei periodi di tempo emesso un senatoconsulto.

Egli dà poi molte altre istruzioni; in quali giorni non è legale tenere una seduta del Senato; che chi intende riunire il Senato deve immolare una vittima e trarne gli auspici; si devono mettere in discussione in Senato le cose divine prima delle umane; e si devono portare in discussione in termini generali gli argomenti riguardanti lo Stato, e in termini particolari gli argomenti su singoli problemi¹²; i senatoconsulti possono essere votati in due modi: per divisione, se si è d'accordo, o, se la materia è incerta, richiedendo il parere di ogni senatore; ma questi debbono essere richiesti secondo un ordine prestabilito a partire dal grado di console. E in tale ordine soleva nei tempi più antichi votare per primo chi era stato per primo ammesso in Senato; ma al tempo in cui Varrone scriveva, una nuova usanza divenne corrente, frutto della parzialità e del desiderio di compiacere, sì che veniva chiamato per primo al voto colui che riteneva il presidente del Senato, purché fosse di rango consolare¹³. Oltre a ciò Varrone tratta della presa di pegni e delle multe da applicare al senatore che, dovendo comparire

in Senato, non si presenta¹⁴. Di questi e di altri argomenti del genere parla Marco Varrone nel libro di cui ho fatto cenno: l'epistola inviata a Opplano.

Ma poiché dice che si può approvare un senatoconsulto in due modi, per voto personale o per divisione¹⁵, mi sembra che tale opinione non vada d'accordo con quanto lasciò scritto Attelo Capitone nelle sue *Miscellaneae*¹⁶. Infatti nell'VIII libro dice che Tuberone afferma che nessun senatoconsulto può essere votato senza divisione, giacché in tutti i senatoconsulti, anche in quelli richiedenti una discussione, è necessaria la divisione, e Capitone stesso dichiara¹⁷ essere ciò esatto. Ma mi riservo di trattare tale argomento con maggior estensione ed esattezza in altro luogo¹⁸.

(14)

Gellio, *Noctes Atticae* 14.8

8.

Si chiede e si discute se il prefetto nominato per le feste Latine abbia diritto di convocare e interpellare il Senato.

Giunio dichiara¹ che il prefetto dell'Urbe lasciato in carica per le feste Latine² non può convocare il Senato, poiché non è senatore e non ha diritto di esprimere un voto, dato che è eletto a tale carica a un'età in cui non si può essere senatori.

Ma Marco Varrone nel IV libro delle *Investigazioni in forma epistolare*³ e Atteio nell'VIII delle sue *Miscellaneae*⁴ dicono che quel prefetto ha diritto di convocare il Senato; e Capitone asserisce⁵ che Varrone è d'accordo con Tuberone contro il parere di Giunio, affermando: "Anche i tribuni della plebe avevano il diritto di convocare il Senato, pur non essendo senatori prima del plebiscito di Attinio".

(20)

Gellio, *Noctes Atticae* 4.10.1-4

10.

Dell'ordine seguito in Senato per esprimere il voto; l'alterco fra Caio Cesare e Marco Catone, che voleva parlare per tutta una giornata.

Prima della norma che ora vige nel regolamento del Senato, l'ordine seguito nel chiedere l'opinione dei senatori non fu sempre lo stesso; a volte si chiamava per primo quegli che era stato ammesso in Senato per primo dai censori, altre volte quelli che erano consoli desi-

gnati; alcuni consoli, spinti da ragioni di amicizia o da relazioni personali, solevano chiamare per primo a esprimere il proprio parere chi loro piaceva, come dimostrazione di deferenza e senza rispettare l'ordine stabilito. Tuttavia, quando tale ordine non era seguito, non si chiamava per primo altri che un ex-consule.

Gellio, *Noctes Atticae* 4.10.5-6

Si dice che Caio Cesare, durante il consolato che resse unitamente a Marco Bibulo¹, facesse solo quattro volte la chiama in modo non regolare. Una di queste irregolari chiamate fu quella di Marco Crasso; ma dopo che Cesare ebbe sposata la figlia di Gneo Pompeo, cominciò a chiamare per primo Pompeo².

Tullio Tirone, liberto di Marco Cicerone, dice³ di aver appreso dal proprio padrone che Cesare diede al Senato la ragione di tal procedere. Atteio Capitone menziona lo stesso fatto nel V libro del suo *Dei doveri del senatore*⁴. Nello stesso libro di Capitone si legge anche quanto

Vitr. 3, *praef.* 3

lusinghevole e immotivato plauso. Pertanto se, come piaceva a Socrate, i sentimenti, i pensieri e le conoscenze scientifiche fossero chiari e visibili, non conterebbero nulla i favoritismi né l'ambizione, ma spontaneamente si affiderebbero le opere a chi avesse raggiunto il più alto livello artistico, attraverso un autentico e consapevole impegno. Ma poiché i pregi e il valore di un individuo, da quanto si può constatare, non sono appariscenti né vengono notati, come invece dovrebbe essere, e sono piuttosto gli ignoranti ad avere più successo dei dotti, ritengo che non valga la pena di brigare in maneggi con chi non vale nulla e preferisco dimostrare il valore del mio sapere con la pubblicazione di questo trattato.

Curia / cura; exsequi rationem

1. Varro, *De vita populi Romani*, 70R=385S=69P

Itaque propter curam locus quoque quo suam quisque domo senator confert curia appellata

2. Varro, *de lingua Latina* 6.46

Curiae, ubi senatus rem publicam curat, et illa ubi cura sacrorum publica.

3. Varro, *de lingua Latina* 5.155

Curiae duorum generum : nam et ubi curarent sacerdotes res divinas, ut curiae veteres, et ubi senatus humanas, ut curia Hostilia.

4. *De Lingua Latina* 5.80

Consul nominatus qui consuleret populum et senatum, nisi illinc potius unde Accius ait in Bruto : qui recte consulat, consul cluat.

5. Varro, *de vita populi Romani* 69R=383S=67P

Consules (...) quod consulerent senatui consules

6. Varro, *de vita populi Romani* 123R=437S=117P

Quo facilius animadvertatur per omnes articulos populi hanc mali gangraenam sanguinolentam permeasse

7. Cic., *Cato maior* 38

Venio in senatum frequens ultroue affero res multum et diu cogitatas;

8. Propert. 4.1.11-14

*Curia, praetexto quae nunc nitet alta senatu, / pellitos habuit, rustica corda, / Patres. bucina cogebat
priscos ad verba Quirites: / centum illi in prati saepe senatus erat.*

9. Varro, *de vita populi Romani* 121R=434S=115P

*Tanta porro invasit cupiditas honorum plersque, ut caelum ruere, dummodo magistratum adipiscantur,
exoptent*

10. Varro, *de vita populi Romani* 111P=116R=427S

Neque id caeci consules fecissent, qui mandata arcana T. Ampio dedissent, ut audivi dicentem Cn. Magnum.

11. Non., *de compendiosa doctrina* ,438.13-17L

Si modo civili concordia exsequi rationem paret, rumores famam differant licebit nosque carpant

12. *De vita populi Romani* 106P

Si modo civili concordia exsequi rationem paret, rumores famam differant licebit nosque carpant

13. Terentius, *Hecyra*, 291; 305; 306-307; 310-315

Par: (...) *Rem cognosces, iram expedites, rursum in gratiam restitues.*

Pam: (...) *Sed magnum nescio quis necesse est evenisse. Parmeno, unde ira inter eas intercessit, quae tamen permansit diu.*

Par : *Si vis veram rationem exsequi nonmaximas quae maxumae sunt interdum irae iniurias factum.*

Par : *Pueri inter sese quam pro levibus noxiis iras gerunt ! Quapropter ! Quia enim qui eos gubernat animus eum infirmum gerant. Itidem illae mulieres sunt ferme ut pueri levi sententia.*

14. *Heautontimoroumenos* 16-20

Nam quod rumores distulerunt malivoli, multas contaminasse Graecas, dum facit paucas Latinas, factum hic esse id non negat, neque se pigere et deinde facturum autumat. Habet bonorum exemplum, quo exemplo sibi licere id facere quod illi fecerunt putat.

15. Enn 12.363=Cic, *de off.* 1. 84

Unus homo nobis cunctando restituit rem; / Non enim rumores ponebat ante salutem.

16. Varro, *de vita p. Romani* 65P=66R=395S

Distractione civium elanguescit bonum proprium civitatis atque aegrotare incipit et consenescit.

17. Varro, *de vita p. Romani* 108P= 114R=425S

In spem adducebat non plus soluturos quam vellent ; iniquus <senatui> equestri ordini iudicia tradidit ac bicipitem civitatem fecit, discordiarum civilium fontem.

18. Varro, *Sat, Menip, Sexagessis* 505Ast

Erras, inquit, Marce, accusare nos ; ruminaris antiquitates

Tu te trompes, Marcus, en nous accusant : tu continues à ruminer de vieilles choses

19. Cic., *Ad fam.* 9.3. (18 aprile 46)

Etsi vide, quaeso, satisne rectum sit nos hoc tanto incendio civitatis in istis locis esse; dabimus sermonem iis qui nesciunt nobis, quocumque in loco simus, eundem cultum, eundem victum esse. Quid refert ? Tamen in sermonem incidemus. Valde id, credo, laborandum est, ne, cum omnes in omni genere et scelerum et flagitiorum volutentur, nostra nobiscum aut inter nos cessatio vituperetur!

20. Cic., *ad fam.* 9.2 (22 aprile 46)

Tibi autem idem consili do quod mihimet ipsi, ut vitemus oculos hominum, si linguas minus facile possimus; qui enim victoria se efferunt quasi victos nos intuentur, qui autem victos nostros moleste ferunt nos dolent vivere.